

COLL. REG. MED. LOND.
MDXVIII
O BIOC
BPAXYC H
ΔE
TEXNH
MAKPH

# DE SIMPLICIBUS
# MEDICINIS LAXATIVIS

HENRICUS DACUS
(HENRIK HARPESTRENG)

# DE SIMPLICIBUS MEDICINIS LAXATIVIS

UDGIVET FOR FØRSTE GANG

AF

J. W. S. JOHNSSON



KØBENHAVN
VILHELM PRIORS KGL. HOFBOGHANDEL
1914

DENNE UDGAVE, DER ER BEKOSTET AF

CARLSBERGFONDET,

ER TRYKT I 500 EKSEMPLARER

**NR.** 352



H. H. THIELES BOGTRYKKERI. KØBENHAVN

TIL

MIN VEN OG LÆRER

DR. PAUL DORVEAUX

BIBLIOTEKAR VED ÉCOLE SUPÉRIEURE DE PHARMACIE, PARIS

VED en Gennemsøgning af det kongelige Biblioteks lægevidenskabelige Manuskripter, foretaget med Henblik paa, om muligt, at forøge Kendskabet til de danske Læger i Middelalderen, traf jeg i Manuskriptet *G. k. S. 1654, 4°* en Afhandling, *De simplicibus medicinis laxativis,* skrevet af en hidtil ukendt Forfatter, *Henricus Dacus* eller *de Dacia.* Det nævnte Manuskript er velkendt, ikke mindst paa Grund af dets Indhold af en *Macer*tekst, men Henricus Dacus' Afhandling synes hidtil ikke at være bleven bemærket, end ikke af *C. Molbech,* der dog omtaler Haandskriftet udførligt i Noten Side 39 i *Henrik Harpestrengs danske Lægebog,* Kjøbenhavn 1826.

Da jeg havde læst Afhandlingen, anstillede jeg nogle Undersøgelser vedrørende Henricus de Dacias Identitet, og jeg fik derved det Indtryk, at nævnte Forfatter og Henrik Harpestreng var samme Person, uden at det dog lykkedes mig at føre det afgørende Bevis. Begrundet paa en Rejse til Udlandet maatte Arbejdet lægges til Side foreløbig, og under mit Fravær sendte jeg min Tydning af Haandskriftets Tekst til Dr. phil. *Marius Kristensen,* Askov, dels for at faa Hjælp til de noget vanskeligere Steder, dels for at han, som Udgiver af de nordiske Harpestrengstekster, kunde udtale sig om Afhandlingen og dens Forfatter. Det blev da ogsaa Dr. Kristensen, der fastslog Identiteten mellem Henricus de Dacia og Henrik Harpestreng.

Det vil altid have sin Vanskelighed, at foranstalte en Udgave af et Manuskript, der kun kendes i en eneste Afskrift, navnlig naar denne jævnlig indeholder Misforstaaelser og ikke er gjort med stor Nøjagtighed. I det foreliggende Tilfælde har jeg valgt, netop paa Grund af Afskriftens Mangelfuldhed, at lade Teksten tale for sig

selv, og altsaa kun undtagelsesvis at rette Fejl og Misforstaaelser, ligesom jeg heller ikke har forsøgt at udfylde manglende Ord og Sætninger. Dette gælder ganske særligt Indledningen, som i sin herværende sproglige Form er ret uforstaaelig. De Steder i Teksten, der forekommer mig helt fordærvede, er mærkede med † sat foran den paagældende Periode, og der er tilføjet Tegnsætning, for at lette Forstaaelsen. Hvad angaar det jævnlig benyttede Tegn ℥, saa har jeg læst dette som *uncia*. Tegnet findes ikke optaget i de almindelig benyttede palæografiske Haandbøger, og Berettigelsen til min Tydning har jeg fundet i, at 1/2 Pund var lig 8 Unzer, hvorfor man ogsaa i Afsnittet om *fumus terræ* finder: *libra semis vel VIII* ℥. Jeg skylder dog at meddele, at *Avicenna* (se Noten *sextum*, p. 93) har *cotylus*, hvor Henricus de Dacia har ℥, skønt Teksterne ellers følges. Heri behøver der dog ikke at være nogen Uoverensstemmelse, thi vel var cotylus oftest lig en libra, men dens Værdi var skiftende.

Jeg har under Udarbejdelsen faaet Hjælp fra mange Sider. Først og fremmest skylder jeg Dr. phil. *Marius Kristensen* Tak for gentagen stadig redebon Hjælp. Ogsaa Professorerne *J. L. Heiberg* og *Verner Dahlerup* skylder jeg Tak for Raad og Vejledning og navnlig for de Anbefalinger, der aabnede mig Adgang til at faa mit Arbejde udgivet her i Landet. En lignende hjærtelig Tak maa jeg ogsaa rette til Direktionen for *Carlsbergfondet*, der bevilgede de til Udgivelsen nødvendige Pengemidler, og til Dr. *V. Kuhr*, der har været mig en utrættelig Hjælper i sproglige Vanskeligheder.

En Række udenlandske lærde har foretaget Undersøgelser for mig i Biblioteker og Arkiver i deres Hjemstavn eller ydet mig værdifuld Hjælp paa anden Maade. Jeg er saaledes i Taknemlighedsgæld til Dr. *Paul Dorveaux*, Bibliotekar ved École supérieure de Pharmacie i Paris, Dr. *Ernest Wickersheimer*, Bibliotekar ved Académie de Médecine i Paris, og til Dr. *Paul Delaunay* i Le Mans. Endvidere har Dr. *Garsonnier*, Arkivar *Jacques Soyer* og Bibliotekar *A. Cagnieu* undersøgt Arkiver og Biblioteker i Orléans for mig. Af tyske lærde har Hofrat, Dr. med. (h. c.) *Max Höfler*, Bad Tölz ved München, gentagende været mig til Hjælp. Jeg beder dem alle modtage min varmeste og hjærteligste Tak.

Ved at tilegne Dr. *Paul Dorveaux* mit Arbejde har jeg forsøgt at afbetale en ringe Del af min Gæld til ham. Han var den første, der knyttede Forbindelsen mellem Frankrig og de danske Læger, der beskæftige sig med Medicinalhistorie. Mange danske har efterhaanden søgt hans Hjælp, men ingen har søgt den forgæves, jeg selv allermindst. Det foreliggende Arbejde skulde da ogsaa gærne være et Tegn paa den varme Hengivenhed, jeg nærer for min mangeaarige Lærer og Ven.

J. W. S. JOHNSSON.

*Februar 1914.*

Den Afhandling, som her for første Gang skal udgives, bærer Titlen: *De simplicibus medicinis laxativis* og har til Forfatter en hidtil ukendt *Henricus de Dacia,* eller som han ogsaa benævnes *Henricus Dacus.* Afhandlingen er optaget i et Samlebind, *G. k. S. 1654, 4°* i det kongelige Bibliotek i København, et Bind, der tillige indeholder Skrifter af *Johannes Parisiensis, Mattheus Platearius, Nicolaus og Macer,* foruden nogle mindre Stykker, blandt hvilke et bærer Titlen *Anbaleon.* Henricus de Dacias Skrift er optaget f 104$^r$—110$^r$.

Et Spørgsmaal melder sig straks, hvem er denne Forfatter? Drejer det sig om en hidtil ubekendt middelalderlig Forfatter fra Danmark, eller skal Dacia her forstaas som hjemmehørende i et af de tre nordiske Riger. Navnet Dacia betyder jo vel nok i Almindelighed Danmark, men bruges ogsaa i Betydning af Ordensprovinsen, stammende fra Tiggermunkeordenernes Provinsialinddeling. For Undersøgelsen vilde det da være af Betydning, om det kunde være muligt at faa fastslaaet, indenfor hvilket Tidsrum Henricus de Dacia havde levet, thi Dominikanerordenen kom Aar 1221 til Danmark og Franciskanerne det paafølgende Aar, og Dacia vilde da være fastslaaet som Danmark, hvis Henricus de Dacias Liv og Virken faldt før disse Aar.

Nogen Forfatter af nævnte Navn synes ikke at være kendt af nordiske Bibliografer. *H. Schück*[1] omtaler ingen Henricus Dacus, *Ellen Jørgensen*[2] heller ikke. Manuskriptet giver selv ingen Oplys-

---

[1] H. Schück: *Nordiska Medeltidsförfattere,* en Artikel optaget i *Bibliografiska och litteratur-historiska Anteckningar,* Upsala 1896 p. 120.

[2] Ellen Jørgensen: *Om nogle middelalderlige Forfattere, der nævnes som hjemmehørende i „Dacia".* Historisk Tidsskrift, 8 R III, 1911 p. 234.

Fr. Grøn har i et Foredrag i Kristiania Videnskabs-Selskab 24. April 1908 (offentliggjort i Norsk Magazin for Lægevidenskab 1908, N° 10 under Titel: *Nogle*

ning om, hvem den lille Traktats Forfatter er. Det er skrevet ned i Tiden omkring 1400—1450, samlet i Erfurt (f 184ᵛ: *hec collecta sunt Erfordie)* og kommet som Gave til Maria Klosteret i Segeberg (f 1ʳ: *liber domus sanctissime virginis marie et sancti Johannis ewangeliste in segeberghe per dominum luderum breme donatus).*

En Henricus de Dacia er dog ikke ganske ukendt, idet der i *M. s. fr. 1357, 2°* (XVs) i Bibliothèque impériale (nu Nationalbiblioteket) i Paris findes omtalt en *Henry de Danemarche.* Noten om ham er optaget i *Symon de Pharès: Receuil des plus célèbres astrologues et de quelques hommes doctes.* Det paagældende Sted[1] lyder:

[f 119ʳ] Maistre Henry de Danemarche excellent medecin à Orleans et grant astrologien en son tems fist de moult singulières predictions, iugements, pronosticacions et entre autre predict l'exil des Juifz de France et une des causes fust que au dict Orleans advint ainsi que ung prestre chantoit messe, après qu'il eust sacré le corps J. C. en le voulant prendre, apparut soubdainement tout sanglant, ce que sceut le roy Phelippe[2], qui y courust et le peuple de la ville et virent le sacrement en manière d'une piece de chair comme Inde[?] et dessus les corporaux apparoient gouttes des sang. Semblable miracle aparut au Vritour[?] de Vendosme et un autre en la cité d'Arras en un chastel que l'on appelle Sezamis, et furent environ l'an et le terme que le roy Philippes[2] fist paver la ville de Paris et clore de murs le bois de Vincennes l'an 1181.

---

*Bemærkninger om Middelalderens medicinske Videnskab i Norden)* omtalt nyere Membranfund i Norge, indeholdende Brudstykker af middelalderlige Forfatteres medicinske Skrifter. Han nævner Henrik Harpestreng, men ingen Henricus de Dacia. Det vilde forøvrigt ogsaa have været noget udenfor Foredragets Plan at omtale Personligheder udførligere, da dette væsentligst drejer sig om de middelalderlige Skolers Indflydelse paa norsk Lægekunst.

[1] GREV P. RIANT: *Et Bidrag til Vestigia Danorum extra Daniam* i CHR. BRUUN OG O. NIELSEN *Danske Samlinger* 1866—67 p. 270. Da Grev Riant i sin Kopi af Manuskriptet havde udeladt et Stykke (fra *en maniere* til *Sezamis*) har jeg forskaffet mig en Kopi af alt det paagældende gennem Bibliotekaren ved Académie de Médecine i Paris, Dr. *Er. Wickersheimer.* Jeg takker ham herved varmt, for hans, af danske ofte paakaldte, utrættelige Hjælpsomhed.

[2] Philippe II eller Philippe Auguste (1165—1223). Selv de korteste Biografier omtaler hans Virksomhed for Paris' Forskønnelse. Han byggede Slottet Vincennes.

Her er der ingen Tvivl om, at det drejer sig om en dansk Mand, og at Henricus de Dacia ogsaa har været dansk og ikke nordisk, tør vel fastslaas ved, at han i Traktatens Explicit nævnes som Henricus Dacus. Om Identiteten af de to Personligheder er det umuligt at sige noget, om end det kunde være rimeligt at antage, at de begge gik op i en tredje Person, den fra sine Urte-, Sten- og Lægebøger velkendte *Henrik Harpestreng*, hvis Dødsaar angives til 1244, et Aar, der dog næppe er ganske sikkert[1]. Nu er Forholdet imidlertid det, at Henrik Harpestrengs Liv og Levned er saa overordentlig lidet kendte — man ved egentlig kun, at han var Medicus et Canonicus Roschildensis, og at han var Kong Eriks (Plovpennings?) Læge — at det i Øjeblikket er umuligt at finde Berøringspunkter i det allerede meddelte. Vi skal nu se, om en Sammenligning mellem de harpestrengske Skrifter og Henricus de Dacias Traktat kan give noget Bidrag til Forstaaelse af denne og af dens Forfatters Person. Hvorledes Forholdet til Henry de Danemarche er, vil da senere blive at omtale.

---

[1] Aaret 1244 angives af mange Forfattere *(Arild Huitfeld, J. Langebek, P. F. Suhm)*. Det findes ogsaa hos *Erik Pontoppidan*, der anfører en Gravskrift, som Harpestreng selv skal have skrevet.

# HENRICUS DACUS
# DE SIMPLICIBUS MEDICINIS
# LAXATIVIS

Aliena dicit: Liber de simplici medicina quia quidem medicinam
simplicem laxativam virtute sed attractam propter. Igitur
convenit apud medicos ut ipsi sciant quod ipse pur-
gat. Quoniam medicina laxativa simplex eo habet cum ipsa sua
pendet sua compositorum et quia apud modernos convenien-
tibus qui libros Galieni et aliorum aliquorum vel qui non
habent vel non inveniunt aut diligentia cognitum fecerunt modorum
compositionum quarumdam medicinarum magis cum laxativarum
virtutes et doses scire et postea quarumdam regulas docere
compositionis medicinas subiunge de electuariis et de
collectionibus simplicium medicinarum et confectionibus earundem

| | | |
|---|---|---|
| De Aloe | De coloquintida | De mirabolanis |
| De agarico | De diagridio | De citrinis |
| De armoniaco | De epithimo | De mirabolanis indis |
| De asaro | De elleboro albo | De polipodio |
| De agno casti | De elleboro nigro | De reubarbaro |
| De absinthio | De euforbio | De reupontico |
| De bellirico | De epatorio | De scamonia |
| De bdellio | De esula | De semine urtice |
| De centaurea | De fumo terre | De sene |
| De [illegible] medulla | De granatis | De turbit |
| De cassia fistula | De hermodactilis | De viola |
| De cucumere agresti | De ebulis | |

Aloe calida et sicca in secundo gradu. Sunt autem colorum duo et
humores grossos a stomacho purgat. Cerebrum ab eisdem
humoribus colericis liberat grossis et prohibet vapores ascendere
a stomacho ad caput et eo purgat humores in visibus et in
... oculi coadunatos. Artificium eius qui
quia quo parte emendationis indiget eius acceptio sumat
cum dragaganto vel cum bdellio vel mastice modica. Sed
quod sit species de epatico intelligimus. Est enim laudabi-
lior et utilior in laxando aliis duabus. Hinc est fulgens
est quod quidem dicitur. Odoris etiam magis aliis speciebus
frangibilis coloris qui quatuor vetus ... vitalis est
accidens vero et virtutibus proprietatis, simul et usus optimum
est si abluatur de aqua vel sero caprino ... cum
simplex

potus dosis media est ʒ i et in compositione medicinarum
ʒ s. et ii quartus scrupuli. cum simplex bibitur minor dosis
est ʒ i. maior vero ʒ iii. et solo est [illegible] oportet
ut non post ipsum ad comedendum properetur
Centaurea c. et s. [illegible] in iii lavat utrumque colon et
fleuma grossum [illegible] solutis et [illegible] a iuncturis [illegible]
venenum medetur [illegible] mortificatis si non
fuerit in [illegible] Si non bibatur [illegible] melior est [illegible]
[illegible] potus simplicis dosis media
est ʒ i. melior ʒ [illegible] minor vero ʒ s. cum alia medicina
dosis est [illegible]
Armoniacum c. et s. [illegible] flegma et melancoliam
[illegible] et [illegible] et [illegible] et arte-
ticos. dosis eius media ʒ [illegible] et se [illegible] simplex vel aqua
[illegible] maior dosis ʒ iii minor ʒ ii
[illegible] laxat flegma et melancoliam debet
[illegible] et diligenter [illegible] minutissime et misceatur
cum [illegible] dosis media ʒ iii maior est ʒ iiii et
se minor ʒ ii et se
[illegible] purgat [illegible] et [illegible] plus [illegible] eius sim-
[illegible] dosis eius [illegible] et si in ipsa [illegible]
[illegible] aquam [illegible] eius dosis est [illegible] libra una
bibatur semel in die [illegible] bibere media sumat
[illegible] diebus aquam [illegible] libra i. [illegible] colam
[illegible] et [illegible] et bibat [illegible] ulcerosus et a lepra
[illegible] et [illegible] et [illegible]
[illegible] et laudabilius [illegible] colatis [illegible]
[illegible] pluvia [illegible]
[illegible] est [illegible] et [illegible]
[illegible] ad [illegible]
Virtute [illegible] aperire oppilationem curat [illegible]
[illegible] a [illegible] et [illegible]
[illegible] a [illegible] colligit [illegible]
in vehementer [illegible] si [illegible] dosis
est ʒ iii. Si eius [illegible] decoctio dosis est ʒ vi maior dosis
et minor [illegible]
[illegible] virtute [illegible] mirabilius
[illegible] et [illegible] et [illegible]
aceto fortiter [illegible] capillos
[illegible] et [illegible] virtute [illegible] flegma potus [illegible]

GALIENUS dicit in libro de simplici medicina quod quelibet medicina simplex laxativa virtutem habet attractivam propriorum. Igitur est necesse apud medicum ut ipse sciat quid proprie purgat quelibet medicina laxativa simplex; ex harum enim scientia pendet scientia compositorum, et quia apud medicinos[1] est error in hiis †qui libros[2] galieni et aliorum antiquorum uel quia non habent uel non inspexerunt diligenciam, rogatu sociorum meorum proposui quarundam medicinarum magis communi laxativarum virtutes et doses scribere et postea quasdam regulas de †regimine exhibentiam medicinas subiungere de electuaribus et de collectionibus simplicium medicinarum et conservaciones earundem. [104 r]

[D]e Aloe
[D]e Agarico
[D]e Armoniaco
[D]e Acuano
[D]e Aqua casei
[D]e Absintheo
[D]e bellirico
[D]e bdellio
[D]e centaurea
[D]e croci ortensi medella[3]
[D]e cassia fistula
[D]e cucumere agresti
De coloquintida
De dyagridio
De epithimo
De elleboro albo
De elleboro nigro
De euforbio
De epatorio
De esula
De fumo terre
De granaticis
De hermodactilo
De kebulis
De mirabolanis

[1] læs medicos. [2] uel udstreget. [3] læs ortensis medulla.

De citrinis[1]
De mirabolanis indis
De polipodia
De reubarbaro
De reupontico
De scamia[2] eris
De semine urtice
De sene
De turbith
De viola

ALOE calidum et siccum est in II gradu, solucione secundaria[3] educit coleram rubeam et humores grossos a stomacho, purgat cerebrum ab eisdem humoribus colericis flegmaticis grossis et prohibet vapores ascendere a stomacho ad caput et ideo purgat humores in nervo visus et inter tunicas oculi coadunatos, orificia emoroidarum aperit; qui ergo patitur emoroidis, indiget eius acceptione, sumat cum dragaganto uel cum bdellio uel masticis modico. Aloes tres sunt species. De epatico intelligimus: Est enim laudabilior et utilior in laxando alijs duabus, huic est fulguratio tam quam gume crocee. odoris iocundi magis aliis speciebus, frangi facilis, coloris quasi epatis, vetus parve virtutis est, recens vero est virtutis perfectioris, cuius enim usus oportunior est si
[104 v] abluatur in aqua uel sero caprino simplice, eius | potus dosis media est drachma et c̄[4], in compositione vero medicaminum 3 scrupuli et 2 quadrans scrupuli; cum simpliciter bibitur, minor dosis est ʒ I, maior uero ʒ III; eius solutio est tarda, ideo oportet ut non post ipsam ad comedendum properacio fiat.

AGARICUS calidus et siccus, calidus in II, siccus in III, laxat utramque coleram et flegma grossum, temperate solutionis est, trahit a remotis partibus cor-

[1] læs De mirabolanis citrinis. [2] læs scoria. [3] Læsemaaden tvivlsom.
[4] Betydningen af c er usikker. Hos Copho II betegner c halv.

poris ueneni [!], medetur nocumentis potionibusque mortiferis, si vero sumatur in electuariis. Si vero bibatur Agaricus melior est albus cum candore, frangi facilis, huius potus simplicis dosis media est ʒ I, maior est exagium I, minor vero ʒ semis, cum alia medicina dosis est exagium semis.

ARMONIACUM calidum et siccum in III; huius virtus propria est laxare flegma et melancoliam, prodest ydropicis et spleneticis et emigranicis et paraliticis et arteticis. Dosis eius media est[1] ʒ I et semis in aqua simplice uel aqua lactis, maior dosis est ʒ III, minor ʒ II.

ACUANUM, id est scorulo ut dicit D[ioscorides], laxat flegma et melancoliam, debet in aqua fricari et diligenter teri non tamen minutissime, et misceatur cum oximelle; dosis media est ʒ III, maior est ʒ III et se[mis], minor ʒ II et se[mis].

AQUA CASEI purgat coleram rubeam et nigram; plus valet eius simplicis potus dosis libra I, et si in ipsa coquatur spica nardi, deponit aquam citrinam; eius dosis est due partes libre unius, bibatur semel in die, qui etiam no[n] potest bibere, mediam sumat multis diebus aquam casei libram I, educit leniter coleram adustam et rubeam et liberat corpus a siccis ulceribus et a lepra et consimilibus.

[1] semis udstreget.

ABSINTHIUM calidum est et siccum, tamen multiplex fit; melius est et laudabilius crocei coloris, habens lanuginem mollem qualis est pluma pullorum collumbarum noviter natorum, odoris iocundi qualis est odor Aloes epatici, et sunt in eo nodi. Sapor eius fortiter amarus cum ponticitate quadam. Virtutem habet propriam aperire opilacionem, curat Yctericiam sanguinem in venis, mundificat a colera rubea et nigra, mundificat stomachum a colera omni innaturali; stomachum colligit rarefactum, coleram purgat nigram vehementer compositum cum epithimo, si sumatur eius succus. Dosis est ʒ III, si eius sumatur decoctio dosis est ʒ VI, maior dosis est quatuor scrupuli partim[1] citra uel partim[1] ultra.

BELLIRICI virtutem habent frigidam et siccam, acciones habent similes mirabolanis citrinis. Sed sunt debilioris accionis qui cum gallis et alcanna et aceto fortiter denigrant capillos.

BDELLIUM calidum et humidum est; virtutem habet laxare flegma potus eius, simplicis est dosis
[105 r]
ʒ II cum aqua mellis vero exagium semis datum cum mirobolanis jndis uel bellis uel kebulis, prodest emoroidis et arteticis que sunt in ano; bdellium calidum et siccum virtutem habet laxare flegma.

CENTAUREA calida est et sicca, subtilis est melior, coleram laxat rubeam flegma viscosa admixtam, prodest arteticis et sciaticis colicisque doloribus. Succus eius non bibitur sed decoctio usu medicorum. Dosis eius

[1] Fejl for parum, sml. 107ʳ [p. 27].

decoctionis in potu est ex[agia] II; in clisteris autem ʒ V[1]. Sed potest coqui succus eius et colari et dari ad bibendum et dosis est ʒ I et se[mis] et dosis clisteris ʒ IIII.

CROCI ORTENSIS MEDULLA calida est et sicca, purgat flegma, curat ipozarcam, quod probaui, prodest colicam pacientibus. Dosis eius est ʒ V cum modico origano uel sale indico.

CASSIA FISTULA calida et humida est, purgat libricando et attrahendo, laxat suaviter, colera[m] purgat, egestiones induratas educit cum turbit modico, sed virtutem pacientis colico confert dolori; cum nulla medicina tamen educit humores grossos, sicut cum turbit, et dicimus quod turbith datum cum cassia fistula educit humores flegmaticas, quas per se datum non sufficit educere. Cassia fistula data cum tamarindis educit coleram, tercianis prodest data cum succo solatri uel succo coriandri recentis, gargarizetur et dissoluit apostema gutturis. Cassia fistula autem melior est in canna, autem melior que est grossi et fortis corticis in quo est contrarea amigdalis.

CVCUMERES AGRESTES calide et sicce sunt, in substantia similes prunis citralis, et est in eis amaritudo et acumen. Amaritudo minor Acumen forcius, laxat flegma grossum et viscosum, coleram quoque nigram, et citrina[m], aquam leuflaticorum, prosunt artheticis ex flegmate et emigraneis paraliticis et colericis. Sed notandum quod non est tutum sumere simplices, cum

[1] IIII udstreget.

sunt fortes valde. Misceantur ergo cum cassia fistula uel cum Aloe. Horum autem sunt meliores in occasu pleiadum. Si queritur quare dicimus quod hic [!] tempus est tempus complementi eorum et ex eis citrini sunt meliores, succus eorum melior est gustu substantia, succus autem non debet exprimi nisi per fortitudinem manuum aut pedum, et ideo caue ne teras ipsos. Si autem vis servare, proice aquam claram; succi eius quæ apparet post residuum serva donec groscescat, ut possis facere trociscos, fac ipsos et serva per duas partes anni in sua virtute, et postea deficit virtus eorum; dosis per os est ℈ se[mis]. Si vis frangere virtutem eius, appone parum
[105 v] de gumma senisorum vel gummi arabici et modico amilo tritici.

COLOQUINTIDUM est calidum et siccum in II, cuius pulpa purgat flegma a cerebro et nervo visibili[1] et stomacho et prohibet vapores flegmaticos ascendere et extrahit flegma a profundo corporis; laudabilius est crocei coloris collecta sub occasu pleiadis, tunc enim est perfectum et completum. Incompletum autem vomitum facit. Ebacionem, tristiciam, subversionem, angustiam, spiritus defectum, si incaute offertur, et quandoque medicina[2] caveatur in magno estu, adeps vero coloquintide extra suum corticem debilitatur in tribus mensibus, servetur ergo tutus, et quia caro[3] colligitur bene consulimus iam non, violencia eius frangatur cum modico gummi arabici; dosis eius media est ℈ II et se[mis] cum gummi arabico, et ℈ I et se[mis] si non gummi.

[1] læs visus. [2] Læsemaaden tvivlsom; materia? [3] læs raro.

DIAGRIDIUM id est scammonea, calidum est et siccum in III; laudabilior est virgens in †calorem album cum glaucarie munda subtilis, frangi facilis, talis reperitur in Antiochia, coleram purgat rubeam et eius species sicut citrinam, uiridam, prassinam et eruginosam et humores flegmaticas cum quibus est mixta corpus, purgat autem forti virtute et quia solet parare turbacionem torcionem et excoriationem intestinorum; non est utendum ea nisi caute, frangitur eius violencia per coctionem in capsulis pomorum seminis. Similiter rectificatur cum Aloe et mirobolis et succo citoniorum et aqua decoctionis eorum, et quando citonia ponitur in confectionibus cum scamonea ipsa est velocioris operacionis et minoris malicie. Ex citoniis fiat quasi electuarium et apponatur in ea; dosis autem simplicis est ʒ tertia pars cum frangentibus eius virtutem uel cum coquitur dosis est ℈ semis et grana X, maior dosis est ℈ I.

EPITHIMUM calidum est et siccum in principio tercii, eius est proprietas purgare coleram nigram habentibus et coleram rubeam superflue, non convenit immo nocet, probatum enim est quod facit eis turbacionem et subuersionem, utile est desipientibus ex colera rubea nigra conbusta et naturali. Valet enim senibus et grandeuis, mundificat enim corpora eorum de melancholia. Epithimum laudabilius est cujus color in ruborem vergit et est fortis odoris; potus eius simplicis dosis est ʒ II et semis, minor ʒ II, maior ʒ III; dedoctionis eius dosis ʒ VII, minor ʒ V, maior ʒ IX, et quando vis vti epithimo simplici coqve aquam, et ferventem depone ab igne donec tepescat, tunc tritum epithimum adde et move

commiscens bene et commixtum bibendum exhibe. Si autem vis dare coctionem cum alijs herbis, coque primo alias herbas perfecte et cola tunc, adde epithimum et
[106 r] prius mitte ibi donec frigescat cola et da bibere. Si vis dare epithimum in sua substantia cum decoctione laxativorum, coque illa laxativa et postea cola colaturam, permitte tepescere, tunc adde ʒ II uel ʒ I et semis epithimi et commisce et da bibere. Et sciendum quod epithimum non indiget rectificationem aliquam, immo ipsum rectificat alias medicinas.

ELLEBORUS ALBUS calidus et siccus in III; laudabilior est qui albior est et magis homogeneus, huius est proprietas flegma purgare grossum et magis per vomitum quam per inferius sicud dicemus in sequentibus.

ELLEBORUS NIGER calidus et siccus in III; proprium est illi laxare coleram rubeam et nigram. Laudabilior est novus et niger bene qui mediocris inter subtilem et grossam substantiam desipientie prodest ex melancolia. Delet morpheas nigras cum ungentis, prodest in lepra et elephancia et omnibus morbis ex colera nigra; potus eius simplicis [dosis] est II ℈, minor ℈ semis, maior ʒ I, sed debet dari cum decoctione epithimi, et rectificatur eius virtus per ipsum, et si non habemus epithimum fiat cum decoctione satureie una tercia scrupuli et probatum quod melius detur cum decoctione horum duorum simul ana.

EUFORBIUM calidum est et siccum in IIII, fortis acuminis. Laudabilius est novum clarum et citrinum et fortis odoris. Eius proprietas est laxare aquam leucoflegmaticorum et flegma a juncturis et venis. Prodest emigraneis paraliticis sciaticis, per se non exhibetur, datur ergo cum alijs medicaminibus. Dosis est media IX granorum, minor VI, maior vero XIIII, teratur sed non subtilissime, sed sic non bibatur, quia convertat tristiciam turbacionem subversionem oris et stomachi compressionem sudorem et defectum; ut ergo hec vitentur accidentia, servatur quantitas prædicta et apponatur ei de gummi arabici parum sicut pondus IIII uel III granorum. Euforbium caveant omnes calide complexionis et quibus dominatur colera et sanguis.

EPATORIUM calidum est et sicca, purgat coleram nigram. Vnde curat quartanas et apostemata melancoliam intestinorum quintanas etiam et febres cronicas valde de flegmate cum decoctione azarebatare, et tunc est dosis eius ℈ II et semis, si succus eius bibatur exagium semis cum oximelle, curat quartanam veram et notam inveteratam. Si autem datur eius decoctio per se valet contra predicta, sed tunc eius dosis est ʒ II, minor III, maior VI.

ESULA calida est in III, sicca in II, habet simul acumen et ponticitatem. Melior est cuius color inclinatur ad ruborem. In pondere levis. In substantia [106 v] subtilis; coria simul preparato coloris obscuri est, substantie grosse, frangi difficilis, spinosa pessima est quia facit turbacionem torcionem et obpressionem in ore sto-

machi. Esula laudabiliter solvit aquam citrinam, flegma et grassam humiditatem iuncturarum, prodest colico de flegmate et vnctuositate, laxat etiam coleram nigram, lac habet, sed lac eius non habet utilitatem in laxando. Qui wlt reprimere maliciam esule infundat ipsam per diem et noctem in lacte dulci et commutet lac in die et nocte ter uel quater, dixi per diem et noctem quia, si amplius dimittitur, ammittat virtutem suam uel nimis debilitatur, postea extrahatur de lacte et siccetur in vmbra et postea pulverizetur. Si vis dare per se, da cum aniso et feniculo uel cum coctione eorum. Si datur contra colicam ex ventositate aut flegmate grosso, addatur ciminum assum et oximelle. Si vis curare ydropicos leucoflegmaticos aut anasarcam, postquam infusa est lacti et siccata et pulverizata, infunde ipsam in aquam solatri solsequij et feniculi ana per III dies, deinde cola colaturam, sicca in vmbra, donec possis facere trociscos, sed appone prius parum salis indici aut turbit aut utrumque aut mirabolanis aut aloe cum turbit aut sale indico, et si de omnibus apponis modicum non nocet, ducit aquam citrinam suaviter et cum effectu bono et magno. Trociscos sic ponderis ʒ I et detur cum aqua feniculi et oximellis. In aliis predictis morbis dosis eius est ℈ II, et minor ʒ semis, et maior ℈ II et semis.

FUMUS TERRE frigidus est et siccus. Est autem in eo amaritudo quedam ferens calorem a stomacho, laxat coleram rubeam et purgat ipsam a superfluitatibus combustis, leuiter sed effectuose prodest prurigini et scabiei ex humoribus venenosis et adustis in carne et cute et lepre, Si succus libra semis uel VIII uncias bibatur

bene colatus et prius modicum coctus, et apponatur quando bibitur ʒ X zuccari. Sed non quod nimium coquatur succus uel nichil, sed bene coletur et habet maiorem effectus non coctus.

GRANATA recentia et viridia excoriantur et terantur in mortario lapideo, postea comprimantur manibus uel panno; de illo liquido sumatur libra semis et commisceatur cum VI uncias et ʒ II zuccari; istud medicamen laxat coleram rubeam comprimendo, valet autem ad laxationem, coleram rubeam et exti[n]ctionem caloris febrilis et sedacionem cephalice in febribus ex nimio calore; dosis sit unciæ III cum aqua decoctionis violarum [107 r]
et prunorum aut alterius eorum.

HERMODACTILI calidi sunt in III, sicci in II, laxant flegma de iuncturis vnde valet sciaticis et podagricis ex flegmate. Laudabiliores sunt albi interius et exterius et duri ad frangendum; dosis eorum est ʒ I et semis cum zuccara. Si cum alia medicina miscetur, dosis eius exagium semis uel parum plus uel parum minus, secundum quod videtur sapienti medico propter particularia. Notandum quod ypocras in epidemiis dicit, quod hermodactili multum nocent stomacho, et præcipit, ut misceatur cum eis zinziber uel ciminum et consimilia; hec enim confortant stomachum contra nocumentum hermodactilorum, que tamen tollunt eis effectum laxandi. Ego autem audivi quod pinguedini coruino inest virtus hermodactilorum sine nocumento stomachi in laxando.

KEBULI frigidi et sicci sunt in II. Saporem habent acerbum parum, proprie laxant coleram nigram et flegma, maxime si in stomacho sint; magis enim purgant comprimendo quam attrahendo, laxant etiam coleram rubeam sed debilius quam citrinam; dosis eorum media est VI ʒ. Si prohicitur substantia minor ℈ IIII, maior vero ʒ VIII. Nec consulimus quod detur substantia eorum, licet solitum sit fieri. Sed non dantur nisi cum decoctione aliqua, tunc autem sic decoctio laxans coleram nigram uel flegma uel coleram rubeam.

MIRABOLANI citrini frigidi sunt et sicci in II, sed tamen minus omnibus alijs speciebus mirabolanorum amari sunt, laxant coleram rubeam constringendo et comprimendo; dantur cum decoctionibus sine substantia ʒ V, maior dosis est ʒ VII minor ʒ IIII. Sed si das cum aqua simplici, calida in aqua fricentur; dosis media est ʒ VI. Si datur substantia eorum, dosis est ʒ III uel IIII. Sed plus valet sine substantia.

MIRABOLANI INDI laxant coleram nigram, quibus est ponticitas maior quam kebulis, et est virtus indorum proxima virtuti kebulorum. Sed inde forcius operantur. Dantur quia sicut kebuli, minuatur dosis parcum valde. Notandum quod plus valent ad purgandum stomachum quam ad laxandum, soluunt enim stomachum quomodo galla corio, quando dantur in tota substantia; ad laxandum valent, quando fricantur in aqua uel decoctione proiecta substantia et apposita zuccara de mirabolanis emblicis. non est multum curandum per se, dantur tunc cum alijs mirabolanis.

POLIPODIUM calidum est in I, temperatum in humido et sicco, laxat et educit melancoliam et salsum flegma, laxat suaviter absque celeritate. Est autem melius recens, grossam habens virgam cuius superficies de- [107 v] clinat ad ruborem, et cum frangitur invenitur viride; cum datur, debet teri et dare[1] cum decoctione epithimi contra melancholiam uel cum oximelle † parvi exizacria[2] et aqua. Si datur contra salsum flegma, quandoque datur cum aqua simplici, tunc eius dosis est ʒ II et semis, minor ʒ II, maior ʒ III. Si cum decoctionibus laxativis detur, da exagium I uel II ad plus, et quia tarde laxat differ prandium; eius decoctio cum brodio caulium uel galli veteris laxat ventrem stipticum; sequitur de reubarbare.

REUBARBARUM calidum est et humidum, habet viscositatem qua laxat coleram rubeam sine molestia; ʒ III bulliantur parum in aqua, et detur libra semis de hac aqua uel II partes libre, parum bulliantur ne virtus eius dissoluatur. Si datur cum aqua in qua cassia fistula resolvitur, forcius op[er]atur. Si datur in decoctione violarum et prunorum, bene operatur, unde potest minui quantitas rheubarbari, si additur manna et tamarindi, minoris dabitur quantitatis; hiis etiam modis valet colice ex calida causa, si misceatur cum ea turbit, valet colericis, ex flegmate sine turbit. Valet hiis qui habent epar calidum, et dissolvit apostemata calida quæ sunt in uisceribus et iuncturis, si cum cassia fistula datur.

[1] Der burde staa dari.
[2] Der bør antagelig staa [vel] parvo oxizaccharo.

REUPONTICUM habet eandem virtutem sed debilius operatur; dosis ergo eius est [.....] augeatur in omni modo secundum quod sapienti medico visum fuerit.

SCAMIA[1] ERIS proprietatem habet laxare flegma et aquam croceam sive citrinam, melior in hic[2] effectum est, declinat ad nigredinem; dosis eius est exagium I, minor ℈ III, maior exagium I et semis, datur quia cum modico oximelle vel aqua mellis et aqua plus.

SEMEN VRTICE calidum est et temperate humidum et siccum, solvit flegma et aquam citrinam; dosis exagium semis sine corticibus datur, cum aqua mellis et aqua plus.

SENE calida est et sicca in fine I, laxat coleram rubeam et nigram a profundis membrorum. Utile est arteticis sciaticis podagricis ex colera rubea sine flegmate et cum flegmate. Rasis dicit quod purgat cum predictis coleram nigram propter has duas causas; valet scabiei prurigini lepre et morphee et consimilibus; coquantur ʒ VII de sene et vuarum passarum unciæ IIII et semis et ʒ II colature, addantur ʒ II olei amygdalarum dulcium, et bibatur, valet colericis de colera rubea et flegmate. Si addas ʒ V epithimi, valet melancolicis et cetera; sequitur

TURBIT calidum est et siccum in III, purgat flegma; laudabilius est in superficie planum, temperatum in grossicie et tenuitate, exterius glaucum, interius album,

[1] læs scoria. [2] læs hunc.

frangi facile, in gustu acutum asuthi et pungitum gum-
mosum. Recens plus valet, vetus parum uel nichil, vetus
cognoscitur ex perforatione multorum fo raminum prop- [108 r]
ter antiquitatem; bonum quandoque invenitur, non mul-
tum indiget rectificatione, quia parve est maliciei, dosis
eius cum decoctionibus est ʒ III, a III ʒ usque ad IIII ʒ,
eius simplicis dosis est ʒ I usque ad ʒ I et semis. Si vis
dare turbith simpliciter, rade corticem donec veneris ad
album. Sed si vis apponere antidotis uel electuariis, tri-
tum diligenter cribra et appone, si cum medicinis laxa-
tivis tunc mediocriter, ne forte adhereat villis stomachi
et rorabis illud oleo roseo aut amigdalarum.

VIOLE frigide in III, humide in II, purgant coleram rubeam et laxant attrahendo. Si gustatur, habet acutum acumen et puncturam fere sicut turbit, unde laxat parum, turbit melior est, coloris purpurei et bene aromatica. Si vis laxare mediocriter, uncias VI decoques in libra I aque, ad medietatem cola et da bibere sic, laxat et purgat coleram in febribus et sine febribus. Si vis magis laxare, adde prædicte decoctioni scamonee ℈ semis, et si vis laxare coleram et flegma, adde turbit ℈ I et semis et cetera.

NOTANDUM quod omnis medicina fortis et debilis debet dari in ma[io]ri dosi in frigida regione quam in calida. Qui vult dare medicinam laxativam, necesse est considerare multa particularia. Medicina laxativa fortis non convenit pueris nec senioribus nec debilibus nec in nimio estu nec in nimio frigore nisi cogatur, et si cogatur, ingenietur aer in loco ubi medicatur, ad præser-

vandum melius in vere et autumpno teste ypocrate, ad curandum in omni tempore medicina fortis rectificetur. Antequam datur materia, digeratur, vie lubricentur, que tria innuit ypocras dicens: Corpora que vis purgare oportet fluxa facere. Item non des duas medicinas simul, quarum una est solucionis velocis, alia tarde teste G[alieno] in comento super librum periconoxoon nosematon. Si medicina bona non solvit in hora debita, quod fit uel propter canalium angustiam uel opilacionem uel materie cruditatem, pone super ventrem lanam succidam coctam in oleo. Si non laxat sic et times, fac clister. Si non times et paciens sentit scotomiam et patitur mordicaciones in stomacho et alices, da ʒ III de mastice cum aqua tepida. Item commedat pontica, ut docet G[alienus]. Et si medicina non solverit post duos dies uel III, aperi venam et extrahe sanguinem, ne humores agregentur ad locum unum. Item si times de malicia medicine, fac ut vomatur,
[108 v] uel da teriacam si est sine febre. Ad illud valet || omnis res que frangit acumen medicine glutinacione uel unctuositate uel lenificatione, in qua est dulcedo et suavitas. Item non dormiat post medicinam, nisi cum velis restringere. Item non exhibeas cibum ante perfectam purgationem supra medicinam, nisi timeas defectum uel ut stomachus fuerit valde calidus ad quem currit colera uelociter, parum panis infusi in vino super medicinam antequam medicina incipiat solucionem, uel si debilis sit stomachus et calidus, ante medicinam humectetur et confortetur cum aqua ordei vel succo malorum granatorum vel alio subtili et humido nutribili. Si fortis stomachus, sumat medicinam ieiunus. Sed tunc cavendum ne inveniat medicina stomachum omnino vacuum

cibro[1], quia forte stomachus sit avarus super medicinam, vel postquam incipit medicina laxare, non debes (medicinam)[2] cibum antequam quieverit eius virtus dare, quia si das cibum post, timendum est de febre futura. Si febris supervenerit medicine, da aquam casei per se uel cum syrupo acetoso. Sed dare syrupum per se timendum excoriacionem, nisi fuerit post dies III uel quatuor, quia tunc est fortis venter. Si times excoriacionem et dissinteriam post medicinam laxativam, da bolum armenicum cum succo malorum granatorum; uel qui bibit medicinam, balneat se in die secundo ut per balneum evacuetur, si quid de medicina remanserit et si delectatur in balneo, signum est bonum et permittatur diucius. Si patitur post estuacionem, statim exeat. Vel post solucionem bibatur aqua ordei teste ypocrate. Non bibat aliud jus, antequam perfecte solvatur per virtutem medicine, et hoc dico si fortis fit paciens uel si ex medicina incipit epar dolere, bibat aquam calidam, fiat idem si doleat epar post fleubotomiam. Item qui solvit ventrem in hyeme, servet ventum meridionalem. In estate autem ventum septentrionalem, uel[3] dicit Partholomeus, caveat medicus dare medicinam nisi cum luna fuerit in libra uel in piscibus uel in scorpione. Item signum cognoscendi quando sufficit ęduccio, est sitis magna cum superfluitate ęductorum. Sitis tunc quandoque non est signum perfecte purgacionis et non accidit propter multitudinem solucionis, sed propter disposicionem oris stomachi, ut si fuerit calidus et siccus, uel propter medicinam que est purgativa et calida vel quia humor purgandus est calidus et siccus ut colera. Item si times quod aliquid remansit

[1] læs cibi. [2] udslettet. [3] læs ut.

de medicina in corpore suscipientis, suppone ano suo et femori et locis vicinis tegulam calefactam pannis involuta. Si autem contingit quod inanicio superfluit, quod
[109 r] quidem accidit teste | Galieno aut propter venarum debilitatem aut orificiorum amplitudinem aut quia medicina pungit orificio uel quia medicina est nimis maliciosa — quando ergo superfluit, liga extremitates incipiens ab acellis et inguinibus, uel da in potu parum philonum uel tiriace; si pinguis est, vel fac ut sudet sub vestibus vel balneo, et cum bene sudaverit, da constrictiva sicut syrupum rosaceum vel mirtinum uel cicominum uel zuccaram rosaceam uel diacodicen et consimilia, fiant epithima super ventrem de frigidis et odoriferis. Servetur a frigido vento, quia nimis laxat. Calidus autem ventrem dissolvit granorum nasturtii uel mastice ʒ III torte, et da cum mucillagine persillij uel semine cucomorum uel fomento tritici facto de farina volatili. Si zincopizat, da vinum bibere, et aquam rosaceam sparge super faciem.

MEDICINA vomica concordat cum medicaminibus laxativis in attractione humorum ab ultimo corporis, discrepat autem in evacuatione et virtute attractionis humorum, quandoque medicaminum laxativorum proprietas est trahere humores inferius et emittere in secessum. Vomitum autem facientium et proprium trahere humores sursum per rueri[1] et os. In virtute attrahendi differunt, quia laxativa tardius trahunt et suavius, vomica velocius, unde vomica forcioris virtutis sunt, laxativa debilioris, vomitum faciencia medicamina que attrahunt ab extremis cum fortitudine et incidentia hu-

[1] Fejlskrift. Nedskriveren har muligvis tænkt paa ructus eller rugitus.

mores grossos et viscosos, sicut elleborus albus qui omnibus aliis amplius trahit et forcioris est accessionis, post elleborum est condisum, post condisum nux vomica, post nucem vomicam sal indicum, post sal indicum semen synapis, post hoc autem semen aneti, post anetum semen sapluie agreste[1]; que ex hiis forciora sunt distemperantur cum aqua calida simplice uel decoctionis alicuius ad eundem humorem; leuia distemperantur cum oxizacara uel oximelle et iniungatur motus, ut docet ypocras in afforismo. Sunt autem alia medicamina vomica composita sicut vomitus Constantini et vomitus patriarche et Nicolai etc.

ANTE vomitum debet digeri medicina secundum suam qualitatem; præparantia ad vomitum sunt oxizacari oximelles eruca raphanus cepa calamentum aqua ordei cum sua fece et melle, vinum dulce, nuces cum melle et aqua dulcis calida post balneum, que quando facit [109 v] vomitum et quandoque fluere ventrem. Et in hora vomendi fascia ventrem liga et liga super oculos duas pilas de pannis, post vomitum da aromatica confortancia capud pulmonem cor epar et stomachum, post vomitum lava os et faciem cum aceto temperato cum aqua calida. Vomitus superfluus nocet cerebro oculis pulmoni epari et stomacho. Sinthomata quæ accidunt per vomitum sunt tencio sub ypocondris, dolor in stomacho, singultus et amissio vocis, stupor, sanguinis exitus. Contra primum pannus submergatur in aqua calida uel oleo et applicetur loco. Jura unctuosa curant secundum accidens, contra tertium provoca sternutationem, contra quartum liga

[1] læs Salviæ agrestis.

